UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Universitätsbibliothek Paderborn**

# Tractatio Synoptica De Ivdiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

**Herberstein, Ferdinand von**
**Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

Index Capitum Titulorum & Materiarum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

Visual Library

# INDEX CAPITUM Titulorum & Materiarum.

*Diviſio Materiæ.* *fol: 1.*

## CAPUT I.

De Notione Iudicii, partibus, diviſione, cauſis. 2

Concl: fol:

1. *QVæritur quid ſit judicium?* 3
2. *Quæ materia & quotuplex diviſio judicij ex parte materiæ & finis?* 4
7. *An judicium de hypotheca ſit actio realis an perſonalis?* 8
8. *An mixta dentur judicia in rem, partim in perſonam?* 9
9. *Quomodo dividatur judicium ex forma ſeu modo procedendi, in ordinarium, extraordinarium aut ſummarium.* Et *quænam ſint huiuſmodi judicia?* 9
11. *Quibus caſibus judex ſummariè procedere poſſit?* 12
14. *Quæ partes judiciorum ſint ſubſtantiales, quæ accidentales?* 15
15. *Quis primus actus judicij, quis ultimus? & an judicium ſorte dirimibile?* 16

17. *Quibus caſibus ipſi jus nobis dicere poßimus?* 18
18. *An vitæ, pudicitiæ, & bonorum tuendorum gratia iniquum invaſorem occidere liceat?* 19
19. *An uxorem in adulterio deprehenſam? an debitorem comprehendere fugientem licitum ſit?* 20

## CAPUT II.

### De Iuriſdictione Iudicis, ejuſdem prorogatione, delegatione, officio. 21

1. *QVid nominis juriſdictio, quid rei? an dominus in ſervum juriſdictionem habeat?* 23
3. *Quid juriſdictio fori interni, & externi? quomodo dividitur in ordinariam, delegatam, voluntariam, contentioſam.* 24
4. *Quæ differentia inter criminalem juriſdictionem, & imperium? Cur merum nuncupatur?* 25
5. *An merum imperium jure magiſtratus competat, an ſtando in jure civili ad cauſas meri imperij delegandas, eligenda ſolùm ſit induſtria perſonæ? & quid ex conſuetudine, & uſu regnorum?* 26

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

7. *An jure Canonico cauſa meri imperij delegari poßint?* 28

8. *Quid ſi ordinarius non ſit, cui cauſæ huiuſmodi delegantur, an ſubdelegari valeat, ſi à Principe delegatæ ſint?* 29

9. *An de conſenſu partium delegabiles ſint ſaltem jure Canonico?* 31

10. *An principi reſervata delegari valeant?* 32

11. *Quid civilis juriſdictio? in quo differens ab imperio mero & mixto? an mixtum imperium delegabile?* 33

12. *An judicis datio ſit actus juriſdictionis magis, an imperij?* 36

13. *Quid juriſdictio voluntaria, quid contentioſa? quæ harum differentia?* 37

14. *Qui juriſdictionem prorogare poßint? quâ juriſdictione judex prorogatus pollere debeat, & quæ alia requiſita ad prorogationem judicis?* 37

15. *An Clericis permiſſa ſit juriſdictionis prorogatio? ſaltem in foro pœnitentiæ? An in cauſa civili prorogare poßint juriſdictionem Iudicis ſecularis? Et quid de religioſis, alijsq; exemptis à juriſdictione Epiſcopi quoad actus juriſdict: voluntariæ?* 39

19. *Quid judicis recuſatio? qui judices recuſari*

*poßint? an datus à principe ſub clauſula* recuſatione remotâ? 43

20. *An tota Vniverſitas aut Collegium recuſari valeat? quo tempore recuſatio admittenda?* 43

22. *An recuſationis cauſæ, libello recuſationis inſerendæ ſint utroq; jure; & quænam illæ cauſæ?* 45

26. *Iudex ordinarius undè dictus? judices qui cenſendi? Iudex ordinarius quis? Quæ eius differentia à delegato?* 50

29. *An juriſdictionem mandans eam jure ſuo habeat? Quam transferat poteſtatem in eum, cui mandata eſt?* 52

30. *Qui juriſdictionem conferant? an juriſdictio Eccleſiaſtica à ſecularibus præſcribi poßit?* 53

32. *An juriſdictio ordinaria generaliter delegari valeat? quo jure delegatus à Principe, non autem ab inferiore juriſdictionem ſuam delegare poßit?* 56

33. *An delegatus ab inferiore ad Vniverſitatem cauſarum id poßit ſaltem de jure conſuetudinario?* 57

34. *Quæ differentia inter Iudicem dare, & juriſdictionem mandare?* 58

35. *An*

35. *An qui ad Univerſitatem cauſarum delegatus eſt, eam ſimiliter totam ſubdelegare poſſit, & quâ ratione ſe in hoc habere debeant Sacerdotes cooperatores Parochorum?* 61

36. *An delegato à non Principe concedi poßit, ut ſubdeleget nomine ipſius ordinarij delegantis, nominando aut deſignando alium?* 63

37. *An delegatus à non Principe unum ſaltem ipſi⁹ cauſæ articulum ſubdelegare poßit, præſertim non juriſdictionalem, & quid de ſubdelegato?* 64

40. *An Regulares Mendicantes poteſtatem delegandi habeant?* 68

41. *An delegatus Principis cauſas meri imperij ſubdelegare poßit?* 69

42. *Qui præter ordinarium & delegatum Principis Iudices dare poßint? qui dari poßint? An quiſpiam in cauſa propria Iudex eſſe poſſit? quibus modis finiatur Iudicis officiū?* 74

## CAPUT III.

## De inſtitutione ordinis judiciarii. 75

### TITULUS I.

### De foro competenti.

1. QVod *dicatur forum competens, & quibus modis forum conſtituatur?* 76

2. *Quo-*

2. *Quomodo domicilium forum tribuat? quotuplex ſit domicilium? An quaſi domicilium vim aliquam conferat?* 79

6. *Quomodo ratione delicti advena forum ſortiatur, in cujus territorio deliquit? & cur non idem procedat in foro ſacramentali pœnitentiæ?* 81

7. *Si in Diœceſi Salisburgẽſi mandarit Cajus famulo percuſsionem Clerici, ea autem in Viennenſi facta eſt: utrius Iudicis cognitio?* 82

8. *An ſi Clericus in hac Diœceſi crimen committens ob quod ſpectato communi jure puniendus ſit, citatione præventus, fines loci, in quo deliquit, exceſſerit, ab Epiſcopo alterius Diœceſis in qua delinquens degit, aut latitat, citari ac capi poſsit?* 84

9. *Quando miniſtri juſtitiæ reum perſequentes in fuga deprehendere non poſſunt, quid facto opus? Et quibus caſibus judex ſententiam pœnæ inflictivam extra ſuum territorium extendere poſsit?* 86

13. *An advena in alieno territorio delinquens puniendus ſit ſecundum ſtatuta, & conſuetudines loci delicti, an domicilij?* 89

14. *Quomodo ratione contractûs forum contrahatur: & an abſolutè quis ſubditus efficiatur ratione contractûs?* 90

16. *An præventus à iudice competente per citationem in loco contractûs, forum illius in ea cauſa declinare poßit: & quid de Clericis, quos ante mutationem ſtatus ſententia occupavit in loco domicilij?* 92

18. *Quæ ratio ſortiendi forum, ratione rei in territorio ſitæ?* 95

22. *An ſtatuta perſonas habilitantia, vel inhabilitantia circa contractus, vel teſtamenta extendantur etiam ad bona extra territorium ſita? & quid de ſtatutis provincialibus, ut maſculi ſuccedant excluſis fœminis? quid de ſtatutis ob crimen illatis v.g. confiſcatione bonorum, an pœna extendi cenſeatur ad bona, quæ criminoſus alibi poßidet?* 98

## TITULUS II.

De Citatione ſeu in jus Vocatione. 105

1. *QVid, & quotuplex ſit citatio, quæ eius neceßitas?* 106

2. *De citationis requiſitis: ut fiat ad inſtantiam partis, & mandato judicis, ut contineat nomen & cognomen Judicis, nomen & cognomen Citati, cauſam ſaltem in genere, locum judicij, & diem.* 108

7. *An ſubditus extra territorium exiſtens citari vale-*

*valeat; & refertur duplex ſententia, negativa nobis probabilior?* 110

5. *Quæ ratio exequendi citationem, qui eiuſdem effectus & quæ perſonæ citari valeant?* 115

## TITULUS III.

De Procuratoribus & Defenſoribus. 117

1. *QVi dicantur Procuratores, in quo differant dati ad judicialia, à datis ad extrajudicialia? à quibus conſtitui poßint? qui procuratores dari poßint: an filij ſine conſenſu patris, unus an plures ad eandem cauſam inſtituendam?* 118

3. *An prohibeantur dari minores 25. annis, fœminæ, milites, infames, ſervi, furioſi, muti, ſurdi, fiſcus, Medici, Profeſſ: Religioſi?* 120

4. *Ad quas cauſas admitti poßit Procurator? an ad ſpecialiter prohibitas? an ad privatas, ad publicas, ad criminales, populares, & quatenus in his omnibus judicijs admitti debeat: quo pacto finiatur Procuratoris officium?* 122

## TITULUS IV.

De dolo & contumacia. 124

1. *QVid Contumacia? quis dolus bonus, quis malus? An contractus dolo dante cauſam*

con-

contractui, ſit ipſo jure nullus? an idem obtineat in contractu ex dolo incidente? 125

3. An deceptus in contractu re ipsâ doloſo, ſed non ex propoſito alterius, reſtituendus ſit: & præſertim ſi decipiatur ultra dimidium juſti pretij? 128

TITULUS V.

De libelli oblatione. 129

1. AN reo citato ad judicium, danda ſit copia libelli ſumptibus actoris, & cur? quid ſit libellus? quæ continere debeat? quotuplex ſit, & quando rejici poßit? 130

3. Quot ſint partes libelli? quæ exprimendæ in conventionali & quæ in criminali? 133

4. An actor libello ſuo cumulationem plurium actionum includere poßit, & an concluſioni clauſulam cum expenſis vel certè hanc ſalvo jure edendi ſubjicere oporteat? 136

6. Quid mutua petitio aut reconventio? An Clericus laicum coram ſeculari judice conveniens, à laico reconveniri poßit; & in quo genere cauſarum? quoties, quando, & num res in omni actione exprimenda ſit? 139

CAPUT IV.

De Proſecutione eiuſdem Ordinis.

TI-

## TITULUS VI.

### De Litis Conteſtatione. 144

1. QUot ſint partes judicij, an judicium formaliter incipiat à citatione, an verò à litis conteſtatione? 145

2. Quid litis conteſtatio ſit? quomodo inducatur, quomodo dividatur, impediatur? quæ differentia inter affirmativam & negativam litis conteſtationem? 147

3. Vtrùm unica voce fiat litis conteſtatio, an verò libellis? An eius neceſſitas in cauſis ſpiritualibus poſſeſſorijs, ſummarijs, & cauſis appellationis? 149

4. Quos effectus habeat? quibus caſibus lite non conteſtatâ ad teſtium receptionem, aut ſententiam definitivam procedi poſſit: aut non poſſit? 151

## TITULUS VII.

### De Juramento Calumniæ. 155

1. AN lite conteſtata judex in leges jurare debeat? quoties ab actore & reo in qualibet cauſa præſtandum ſit juramentum calumniæ? An ante ſententiam, aut verò poſt? An propoſitis ſacris Evangelijs? 156

2. De quibus juramentum præſtandum? An diffe-

differentia inter juramentum calumniæ & malitiæ? 157
3. An juramento calumniæ non præſtito proceſſus ſit ipſo jure nullus? An Parentibus & Patronis remitti poßit? Quæ pœnæ recuſantis juramentum ſine cauſa legitima? 159

## TITULUS VIII.

### De Dilationibus. 160

1. QVid dilatio? quotuplex? Citatoria dilatio in quem finem reo dari ſoleat? quo temporis intervallo? quoties? An Iudex in omnibus cauſis unâ citatione peremptoriâ pro tribus uti valeat? 162
2. Quid dilatio probatoria? quo fine danda? quoties? quâ temporis æqualitate? In capitalibus controverſiis quot dari poßint? An infra terminum datum ad probandum probatio abſolvenda? 163
3. Executoria dilatio quæ? quo fine danda? an locum habeat in realibus & criminalibus cauſis? An deliberatoriæ probationes vim habeant? quibus concedendæ? quoties? An omnes dilationes prorogari poßint? An prorogatio dilatione ipsâ major eſſe poßit? 165

4. Qui

4. *Qui ſint effectus dilationum? quâ formâ dilationes conferendæ?* 168

## TITULUS IX.

## De Feriis. 169

1. *QVid Feriæ? in quo differunt à dilationibus? quæ earum diviſio?* 171

2. *Quod diſcrimen inter ferias divinas, humanas & repentinas? An repentinis inter conſentientes jus dici poßit? An divinis ferijs actus juriſdictionis voluntariæ exerceri valeant? quid de placito, mercatu alijſq; forenſibus operibus? An diebus feſtis præſertim contractus ruſticorum celebrantes Notarij, à culpa ſint immunes? An Commiſſarij alijq; Officiales, acta Curiæ tranſmittentes DD. allegationes tranſcribẽtes mortalem noxam contrahant; An qui computus & rationes ineunt cum operarijs, ijſq; mercedem ſolvunt ijſdem ferijs, id agant licitè? An arbitrator ſententiam proferre poßit? Notarius inſtrumentum conſcribere? Iudex in poſſeßionem mittere? an ex parvitate materiæ huiuſmodi actus excuſabiles?* 172

3. *An citatio die feſto, vel ad diem feſtum facta ſit prohibita & quo jure, An teſtium examen-*

men die ſacro factum valorem habeat, an appellatio? an in ferijs obſervandis attendi debeat loc⁹ rei, an verò judicis, aut actoris? 177

## TITULUS X.

### De Probationibus. 180

1. QVid Probatio? An quæ notoria aut juris ſunt, probari debeant? Quotuplex ſit Probatio? quid artificialis, inartificialis, plena, ſemiplena, judicialis, extrajudicialis? An ad plenam probationem duo teſtes ſufficiant? An inſtrumentum publicum, privatum, aut confeſſio partis in jure ſufficientem efficiant probationem? An ſemiplena probatio habeatur per unicum teſtem? An per famam conſtantem in civilibus cauſis, unius tamen teſtimonio confirmatam? An ex comparatione literarum? 181

2. Quæ tam reo quàm actori probanda incumbant? An negativam reus probare teneatur, negans v. g. ſe citatum fuiſſe? Quibus caſibus negativa probari debeat? 185

3. Num probato plenè delicto, probatio contraria rei non acquieſcentis admitti debeat? An quando teſtis ſuper negativa accipitur, & ſcientiæ cauſam per ſenſum corporis non redde-

dide-

*diderit, ſed præſumptivam tantùm v.g dicendo* ſcio quia ſum vicinus, aut conſanguineus *propriè & verè probaſſe videatur? An teſtis ſuper negativa acceptus removere debeat actum à ſenſu dicendo* talis actus non fuit factus, & hoc ego ſcio per ſenſum, & præſentiam meam, quia tali loco & tempore, ubi actus celebratus dicitur, ego interfui, & revera ille actus celebratus non fuit, & non potuiſſet celebrari, quin ego vidiſſem & audiviſſem. 189

4. *An judicialis probatio facienda ante vel poſt litem conteſtatam? quo tempore abſolvēda? quâ evidentiâ, quo fine, quo effectu?* 194

## TITULUS XI.

De probatione in ſpecie, & primum de confeſſis. 195

1. AN *confeßio ſit verè & propriè ſpecies probationis?* 196

4. *An mixta ſimiliter probatio, quæ ex duabus imperfectis diverſi generis conflatur, ut ſi cum teſte concurrat extrajudiciales confeßio ſit vera probatio?* 200

5. *An probatio mixta, quæ unico teſte & jureju-*

*rando componitur, ſufficiat ad implementum formæ?* 202

## TITULUS XII.

De Teſtibus & Atteſtationibus. 204
1. *TEſtis quis dicatur? An probatio per teſtes in omnibus cauſis admittenda? Teſtes quales eſſe debeant?* 205
2. *Quæ perſonæ à teſtimonio ferendo arceantur, & contra?* 206
4. *Quis modus ſervandus in teſtium productione & quoties producendi?* 214
6. *An teſtis rogatus rationem ſui dicti, eam per aliquem ex quinq; ſenſibus reddere teneatur, adeò ut non reddita, depoſitio nulla ſit?* 218
7. *An examine teſtium ex parte actoris producentis peracto, admitti debeat Reus ad probationem objectorum in perſonam teſtium?*
– *An actori viciſſim horum teſtium reprobatio ad eorum fidem enervandum permittenda? & quoties mutua reprobatio hujuſmodi de jure concedatur?* 220
8. *Quæ forma ſervanda in publicatione eorum, quæ teſtes produxerunt? an eâ peractâ alij teſtes adduci queant?* 221
9. *An legitimè citati ad ferendum teſtimonium comparere nolentes compelli poſſint, & qui?* 223

# TITULUS XIII.

De fide Inſtrumentorum. 225

1. *INſtrumentum quid nominis, quid rei? quæ publica, quæ privata? quæ confirmata? quam judici fidem faciant? An etiam acta unius judicij fidem faciant in alio judicio? An privata inſtrumenta regulariter plenè probent pro ſcribente, & quid de annotationibus, rationibus, repertorijs &c.* 227

3. *Quando inſtrumentum privatum contra ſcribentem probet? An ſcriptura privata quàm quidem teſtes agnoſcunt, qui fuerant præſentes, non tamen ſubſcripſerunt, fidem faciat? An inſtrumentum authenticum probet etiamſi originale deperditum ſit? ſed quid ſi inſtrumentum aut tranſſumptum huiuſmodi referret ſe ad originale, aut aliud, an fidem merebitur in caſu, in quo non exhiberetur illud? præſertim ſi* Notarius *diceret, ſe illud inſtrumentum vidiſſe? An ſyngrapham recognoſcens ſuam, negans verò contẽta eſſe vera, audiendus ſit, ſi contrarium non probaverit? An inſtrumentum inter duos confectum probet aliquid contra tertium? An inſtrumentum ſit de ſubſtantia contractus?* 231

5. *Quâ ratione, quo loco, tempore, inſtrumenta edi debeant?* 237

## TITULUS XIV.
### De Jurejurando. 240

1. QVid Iuramentum? an vera ſpecies probationis? 241

3. An Iuramentum extrajudiciale ex natura ſua confirmet contractum? An verò tantùm ex diſpoſitione juris humani? 246

4. An contractus jure civili irriti, principaliter in favorem publicum, juramento confirmentur? & qui contractus prohibeantur in bonum Reipublicæ, primariò autem in bonum privatorum? 247

6. An ſpectatâ conſuetudine contractus jure civili invalidi juramento confirmentur? 252

7. Quid & quotuplex ſit juramentum? juramentum quod litis decidendæ gratiâ interponitur quot ſub ſe ſpecies contineat? voluntarium juramẽtum undè dictum, quando præſtandum? Iuramentum judiciale quid? an delatum aut relatum ſemper præſtandum? an jurisjurandi judicialis à judice approbati juſta recuſandi cauſa futura, ſi ab actore, qui nullo modo intentionem ſuam probaverit, deferatur? quid ſi Reo ab Actore offeratur juramentum, qui conatus eſt intentionem ſuam probare & reipsâ aliqualiter probavit

*non tamen ſufficienter, jurabitne?* 253

8. *Iuramentum neceſſarium quid? an neceſſariò ſubeundum ab eo, cui defertur? an juramentum ſuppletorium probationis, Reo an potiùs Actori deferendum ſit: præſertim ſi re fideq; pares fuerint Actor & Reus?* 258

9. *An juramentum ſuppletorium in cauſis criminalibus locum habeat? an ſi pejeratum ſit, cauſa retractari poßit? quæ pejeranti pœnæ? quo tempore juramentum deferendum? an poſt conclusionem in cauſa à litigatoribus peti poßit?* 261

## TITULUS XV.

### De præſumptionibus. 266

1. *QVid Præſumptio? quotuplex genus Præſumptionis? præſumptiones quam ſui cauſam & principia habeant? an præſumptio ſit vera ſpecies probationis?* 268

## TITULUS XVI.

### De Exceptionibus & Præſcriptionibus. 271

1. *EXceptiones quid ſint? quæ reſpiciant judicium, quæ litigantes? quæ cauſam? quando proponendæ? num probandæ?* 272

2. *Exceptio præſcriptionis quæ? quo jure & fin- indu-*

inducta? Præſcriptio cum mala fide, num jure Canonico locum habeat? quod tempus legitimum ad præſcribendum contra ſupremos principes, ſupremas Reſpublicas, & adverſus Eccleſias? 274

8. An ſine poſſeßione & bona fide præſcriptio procedat? quotuplex bona fides? an cum invincibili juris ignorantia uſucapio aut præſcriptio fieri poßit? an cum errore juris dubij, opinativi ob diverſitatem opinionum? quid titulus operatur in præſcriptionibus? an titulus poſſeßionis neceſſariò demonſtrandus à poßidente? an tempus longißimum ad præſcribendum ſine titulo ſufficiens? an immemorialis poſſeßio præſumptionem tituli inducens? quâ ratione præſcriptio probanda? 276

9. Quænam obligationes præſcriptione ſint extinguibiles? & an ob ſolam negligentiam exactoris? 284

10. An Privilegia tùm affirmativa, tùm negativa, quæ alijs oneroſa ſunt, amittantur per non uſum, aut actum contrarium, & quot annorum ſpatio? An actus liberi voluntarij præſcribi valeant? 286

# CAPUT V.

## De Terminatione ordinis jujuciarii. 291

## TITULUS XVII.

De Sententia & re judicata. ibid.

1. *QVid Sententia? an Iudex ſaltem ſupremus aliter judicare poßit quam legibus proditum eſt? ex qua cauſa Iudex pœnam delicto debitam remittere aut temperare valeat? an communis ſententia vim juris habeat? an probabilitas opinionum utrimq; par? an gloſſæ?* 292

3. *An Iudex privatam ſcientiam habens de innocentia Rei, qui in judicio nocens probatur, eum condemnare poßit? quid res judicata an ſemper in rem ipſam condemnet Iudex? & in quid, dum res petita culpâ rei periit?* 29

5. *An etiam in expenſas condemnet Iudex? qui veniant nomine expenſarum? an omnem, qui victus eſt, Iudex condemnet? an victus in omnes abſolutè expenſas condemnandus?* 30

7. *Quæ formula ferendæ ſententiæ? an ſententia errorem juris continens ipſo jure nulla ſit an ſententia libello conformanda? an ſub conditione prolata valida? an à judice ex*

*pri*

*primenda verba formalia? an ſententia cauſam condemnationis continere debeat? an in dominum aut in procuratorem ferenda? quid ſi lite pendente alteruter deceſſerit? an de tota re ſententia ferenda?* 306

8. *An dictâ ſententia Iudex adeò deſinat, ut circa eam nihil mutare, emendare, ſupplere, declarare poſsit? an retractari valeat ob inſtrumenta de novo reperta?* 312

9. *Quos effect' habeat ſententia definitiva? quæ eius differentia ab interlocutoria?* 314

## TITULUS XVIII.

De Appellationibus. 316

*QVæ neceſsitas appellationis? quorum judicum ſententiæ appellatione reſcindantur? quæ differentia judicialis appellationis ab extrajudiciali?* 317

2. *Qui appellare poſsint? unius è ſocijs appellatio num etiam alijs proſit? an dominus in cauſa ſubditorum rectè appellet? non gravatus nunquid appellet?* 318

4. *A quibus judicibus appellare liceat? an à ſupremo principe Eccleſiaſtico, aut ſeculari? an à ſupremis Concilijs, an à Conſiliarijs Principum? an ab Epiſcopo? an à Iudice delega-*

*ro, ea lege à principe nominatim dato ne ab eo appelletur?* 320

5. *A quibus ſententijs vel actibus appellatio procedat, & contra? an ab eadem ſententia tertio appellare liceat? an ab executione aut etiam Regularis diſciplinæ correctione? an jure Canonico à quocunq; gravamine appellare permiſſum ſit? quid de appellatione à ſententia definitiva & interlocutoria?* 322

6. *Ad quem appellandum? an gradatim non omiſſo judice intermedio? cur jure Canonico appellatio ad ſummum Pontificem immediatè facta ſubſiſtat? an à delegato ad delegantem ſemper appellandum? an coram judice qui ſententiam tulit appellatio producenda?* 32[illegible]

7. *Quando & à quo tempore appellatio interponi debeat? quo tempore petendi apoſtoli? quo tempore introducenda & proſequenda appellatio? an Iudex ad quem, appellanti terminum præſcribere valeat? quando appellatio habeatur deſerta?* 32[illegible]

10. *Quæ cauſæ biennij concedendi ad introducendam, proſequendam & finiendam appellationem? quale debeat eſſe impedimentum primi anni ſeu primi fatalis ut præbeat cau-*

*ſam*

*ſam dandi ſecundum annum, ſeu ſecundum fatale? quid intelligatur per fatalia? quid per apoſtolos? qui ſint apoſtoli reverentiales? qui dimiſſorij? qui refutatorij? an juſtè impedito primo anno, dandus ſemper ſit integer ſecundus annus? quod diſcrimen inter primum & ſecūdum annum? cur legitimè impedito in ſecundo anno non detur tertiꝰ?* 331

13. *Quæ agēda ubi ad judicem appellationis ventum fuerit ex parte Actoris & Rei? quid ex parte Iudicis appellatione pendente? an aliquid corrigendum? innovandum? quo tempore utendum remedio attentatorum? quæ forma petendi revocationem attentatorum? quæ opponi poßint remedio attentatorum? peracto appellationis judicio, utrius eſt executio, judicis à quo, an qui appellatus eſt?* 339

## TITULUS XIX.

De in integrum reſtitutione. 344

1. *QVod Remedium deſtituto appellationis beneficio? Quid Reſtitutio in integrum?* 345

2. *Quibus perſonis conferenda? quantâ læſione opus ad hoc beneficium concedendum? quo tempore petendum? qui eius effectus?* 347

## TITULUS XX.

### De Executione rei judicatæ. 350

1. TEmpus judicati faciendi quantum? an à judice arctari aut prorogari poſsit? actio rei judicatæ adverſus quem inſtituenda? exceptiones rei judicatæ quæ? 352

4. Qua authoritate executio facienda? quid ſi alibi ſententia dicta ſit, alibi Reus domicilium & bona poſsideat? quæ ratio exequendi judicatum? 354

10. Quid de impetratis induciis contra executionem? an impetratæ induciæ ſolùm proſint Reo principali debitori, vel etiam fidejuſſoribus eius? an induciæ curſum interuſoriorum ſiſtant? 363

## TITULUS XXI.

### De Concurſu & Privilegiis Creditorum. 36[illegible]

1. AN domini creditoribus omnibus præferendi? & quid ſi res depoſitæ amplius non extent? 36[illegible]

2. Quæ ſpecies creditorum magis communes? an hypothecarij chirographarijs præferendi? 36[illegible]

3. Quid ſi plures hypothecarij à ſe invicem diſcriminandi? quid de hypothecarijs tantùm

& p[illegible]

& privilegiatis? quid de chirographarijs in quibus non temporis ſed privilegij ratio habetur? quid de non privilegiatis? 367

## CAPUT VI.

De proceſſu judiciario in criminibus ordinariis. 372

## TITULUS I.

De primo modo procedendi per inquiſitionem. 378

1. AN inquiſitio ſit de jure Civili an Canonico? 380
2. Qui poſsint inquirere, & quando Prælati debeant ad inquiſitionem ſpecialem procedere? 381
3. Quæ fama ad eandem ſufficiat? 382
4. An ex teſtimonio duorum teſtium ſecluſa alia fama ad inquiſitionem ſpecialem procedendum? & an inquirendus contra eum, qui inquirit, exceptionibus uti poſsit? 383
5. Quæ ſint requiſita, ut inquiſitio ſpecialis inſtitui poſsit? 384
6. Refertur inquiſitio triplex, & quæ ſufficiant ad inquiſitionem generalem, quando inquiſitio non fit ad effectum puniendi, ſed corrigendi tantùm aut alios fines. 386

7. *Quid ſit inquiſitio ſpecialis? in quo differat à generali: in ſpeciali qua ratione procedendum? quæ citatio præmittenda? an intereſt probari crimen?* 389

8. *Quid inquiſitio mixta, & quando hæc ſpecialiter fit de crimine, an ad eam ſufficiat Iudicis Officium nullâ infamia præcedente?* 392

9. *An ad inquiſitionem factam ſpecialiter de perſona, generatim autem de crimine ſufficiat Iudicis authoritas?* 394

10. *An Iudice generaliter inquirente de crimine notorio Reus teneatur ſeipſum prodere, ſi Iudex inquirendo generaliter, in alios reum interroget, quis delictum admiſerit? an ſocius criminis teneatur authorem criminis detegere?* 395

11. *An Titius qui nec Auctor, nec ſocius criminis fuit, noverit tamen vel ſolus, vel cum alijs auctorem criminis, in generali inquiſitione obligetur auctorem criminis manifeſtare? confirmantur dicta, num: 3. quoad publicam infamiam, & ſolvuntur objecta?* 396

13. *Proponuntur modi aliquot, quibus via aperitur Iudici ad inquiſitionem ſpecialem: qui tamen convictum de uno crimine non ſemper poteſt interrogare de alijs.* 400

14. A

14. *An ſecluſa infamia, ex ſolis indicijs Iudex poßit ad inquiſitionem procedere, & ex quibus? An dictum ſocij criminis faciat ſufficiens indicium, ad inquirendum contra ſocium? an confeſſus delictum in conſcios criminis interrogari poßit?* 401

15. *Ex quibus indicijs liceat Iudici procedere ad torturam? an unicum etiam ſufficiat ad expedienda tormenta? An ſanguis è vulnere cæſi erumpens præſente eo, qui ſuſpectus eſt, ſit legitima cædis probatio? An probationi ſagarum per aquam frigidam aliquid tribuendum? An ſola aſſertio moribundi vulnerati præſtet indicium ſufficiens ad torturam ſuſpecti?* 405

16. *An fuga Reorum è carceribus viam ſternat Iudici ad torquendum? An inimicitia vigens inter offenſum, & eum qui eſt de delicto ſuſpectus? An mendacium delinquentis cum interrogatur à Iudice? An titubatio? Cordis trepidatio? Turbatio? an furto ſublata & reperta apud alium.* 407

TITULUS II.

De ſecundo modo procedendi per accuſationem 412

1. QVid accuſatio? quæ differentia eius ab inquiſitione & quomodo procedat ex gravi crimine prodeunte in actum externum? an ſine accuſatore quandoq; ad pœnam procedatur? 413
2. An libellus accuſatorius in omni cauſa producendus? Quæ continere debeat? quæ formula accuſationis & ſubſcriptionis accuſatori ſervanda? 415
3. Quis modus procedendi factâ Iudici exhibitione libelli? quæ ratio citandi, & puniendi reum in contumaciam lapſum? 417
6. Quæ perſonæ ratione ſexus accuſare nequeant? 421
7. Quæ perſonæ ratione ætatis ab accuſatione repellantur? 423
8. Quæ perſonæ ratione Sacramenti ab accuſationis officio arceantur? 424
9. Quæ perſonæ ratione Magiſtratus aut officij aut dignitatis? 425
10. Quæ perſonæ rejiciantur ob delictum? ibid.
11. An turpis quæſtus ab accuſatione excludat? ſolvuntur objecta. 426
12. An ſocij delictorum ad accuſationem admittendi? 429
13. An frater contra fratrem, Filius contra Pa-

rentem & Matrem, & Parentes contra Filium accuſationem in judicio deponere valeant? 430
14. An liberti Patronos, & ſervi Dominos accuſare poßint? 532
15. An qui ſemel ab accuſatione deſtitit, accuſationem repetere poßit? & an morte accuſatoris accuſatio exſpiret, ita ut de eodem delicto, ab alio accuſari nequeat? 433
16. An accuſent inimici, iiſq; familiares an infames, criminoſi? an laici Clericos, & contra Clerici laicos? 434
17. An crimine per abolitionem remiſſo, accuſatio procedat? 436
18. Quæ perſonæ accuſari poßint? an pupilli? an ſummi Magiſtratus v. gr. Pontifex, Imperator, eorumq; Legati? an abſentes alio titulo quam Reipublicæ cauſa? ubi de modo procedendi contra eoſdem. 437
19. An aliquando debitum, & obligatio cuipiam ineſſe poßit ad accuſandum, vel denuntiandum maximè in delictis, quæ Reipublic: perniciem adferunt, aut in damnum proprium vergunt aut etiam tertij? 441
20. Et quid de Clericis in tali caſu cum de malefactoribus conqueruntur in cauſa ſanguinis? an ir-

an irregularitatem contrahant? Quid de iïs, quibus ex officio accuſare incumbit, ut ſunt Fiſcales, Vigiles, Cuſtodes &c. 442
21. An mortalem culpam incurrant non deferentes eos, qui peccant contra leges humanas, v. g. non ſolventes gabellas, venantes, piſcantes? An publici tales Miniſtri ex officio ſuo ad accuſandum vel denunciandum obligati, teneätur in conſcientia pœnas ſolvere ad quam damnaretur Reus ille, ſi ipſe officialis accuſaret, vel denunciaret? an reus culpæ & reſtitutionis ſe conſtituant, cum ſe inſidiosè occultant, ut liberiùs peccent aliï, ut deindè ipſi ex inſidiis prodeuntes eos capiant? 444

## TITULUS VI.

De tertio modo procedendi, per denuntiationem. 447
1. QVid denunciatio & quotuplex? quæ requiſita ad denuntiationem Evangelicam? an quilibet Evangelicè denunciare poteſt? An aliquando de præcepto? an denunciatus, an denuncians objectione criminis repelli poßit? an forma Iuris in ea ſervanda? effectus eius quis? 448
2. Iudicialis denuntiatio quæ & quotuplex? à quo

*quo jure inducta, quo fine? Denunciatores quis conſtituat? an ijs incumbat probandi neceßitas? in quibus differat inquiſitionis proceſſus à proceſſu denunciationis? an idem effectus denunciationis publicæ, qui accuſationis?* 451

3. *Quid denuntiatio privata? quomodo expeditur? an in foro Eccleſiaſtico ad eam præmittenda bina monitio? in ea denuncians num repellitur criminis objectione?* 453

4. *Iudex Eccleſiaſticus in quibus caſibus denunciationem privatam admittere debeat? & an in ea Ordo Iuris ſervandus? quis eius effectus?* 455

5. *An licita ſit denunciatio judicialis de ſecretis criminibus? & quid intelligatur nomine ſecreti & publici?* 456

6. *An occultorum delictorum denunciationem juridicam infamiæ præcedere debeat?* 459

7. *An peccata notoria poßint non præmiſſâ correctione judicialiter denunciari, & quando ſit obligatio huius denunciationis?* 460

8. *An delicta partim ſecreta, partim publica, id eſt, quæ à te, & ab alio ſciuntur, quæq; in jure probabilia vocantur, denuncianda ſtatim ſint, ſi in damnum tertij vergant?* 461

9. An

9. An delicta ſi ſint tantùm in damnum delinquentis, præmittenda ijs ſit, ſecreta correctio, & inductio teſtium priuſquam judicialiter denuncientur? ſi probabiliter exiſtimetur correctionem profuturam? 462
10. Peccata, quæ in damnum tertij vergunt, & quæ ſolùm peccanti nocent, in quo differant? 463
11. An peccata omninò ſecreta, quæ in judicio probari non poſſunt, & quæ in damnum communitatis vel tertij vergunt, ſi per ſecretam correctionem emendari poßint, judicialiter denuncianda ſint? 464
12. Quid ſi præſumptio accedat delinquentem corrigendum non eſſe? Refertur ſententia negans? 465
13. Refertur affirmans ſententia. 467
14. An quando Prælati præcipiunt ſibi denunciari delicta ſubditorum abſq; communicatione cum aliqua perſona, cenſeantur vetare communicationem cum Confeſſario, aut alio viro docto? An & quando in proprijs injurijs obligatio ſit corripiendi delinquentem? 46[illegible]
17. Quid operentur edicta judicum præcipientium denunciari delicta reorum? & quid in caſu quo delinquens emendatus eſt, v. gr: in crimi-

crimine hæreſis? quando quis præſumi poßit emendatus? confirmatur denuò ſententia noſtra: ſup: num: 13 allata. 470
18. Quibus caſibus ceſſet obligatio denunciationis Iuridica? 474
19. Denunciatio Canonica quid? qui ab ea repellantur? quod inter hanc diſcrimen, & accuſationem? quomodo dividatur? an ad eam infamia præcedere debeat? an trinamonitio? 476
20. Denunciatio Regularis quæ? quomodo expedienda? quotuplex? An denunciatio Regularis facta Prælato ut Patri, prærequirat correctionem Evangelicam fraternam in Religione? an extra? 478
23. An ſi frater jam ſit emendatus, Prælato ut Patri denunciari poßit? Proponitur triplex ſententententia. 482
24. Reſolvitur probabiliùs eſſe fratrem emendatum, ſecluſo periculo relapſus non eſſe denunciandum Superiori neq; ut Patri. 483
25. An ſtante periculo probabili relapſus denunciandus ſit, & quando tale periculum cenſendum? 484
27. Quid faciendum in dubio de emendatione delinquentis. 486

28. An denunciatio Regularis Iudicialis correptionem Evangelicam præexigat in publicis criminibus? 487

29. Quid ſi reus peccet ex ignorantia, aut ex motu primo? Quid ſi ex correctione fraterna ſpes affulgeat damni avertendi, tertio aut Reipublicæ imminentis? quæ ſpes cenſeatur ſufficiens? an ſtante certitudine morali de damno avertendo omittens Ordinem correptionis fraternæ peccet contra juſtitiam aut charitatem? 488

30. An non tantùm in foro interno, ſed etiam in foro externo, Omiſſio utilis correptionis fraternæ vitiet denunciationem juridicam adeò ut aliter facta, nulla ſit, & repellenda? 490

31. An in delictis occultis, contra communitatem præſertim probabilibus præmittendus ſit ordo correptionis fraternæ? 491

33. Quid poſſit Prælatus facere ex denunciatione ſibi ut Patri facta de peccato ſubditi, & an propter delicti gravitatem poſſit imponere ſubdito denunciationem judicialem? & ſi renuat ſubditus facere denunciationem impoſitam, an Prælatus poſſit uti notitia denunciationis fraternæ, & fiſcalem aſſu-

aſſumere qui accuſet, & uti denunciatore ut teſte? 493
34. Quâ pœnitentiâ Prælatus poſsit delinquentem plectere? An ſubditum à loco & officio removere, ſi hoc abſq; ejus infamia fieri poſsit? 495
36. Qua prudentia Prælati debeant in hoc procedere? 496
37. An Prælatus delictum ſubditi Conſultoribus ſuis, aut alijs viris gravibus manifeſtare poſsit ad eius correctionem? 497
38. An Prælatus immediatus, Prælato mediato manifeſtans delictum ſui ſubditi, quem ſine manifeſtatione emendare poteſt, peccet mortaliter? An Prælatus ſubdito delinquenti ſocium deſignare poſsit, qui eius actiones exploret, & ſibi referat? 498
40. An ſocio deſignato ſignificare poſsit, ſe malè de ſubdito ſentire, ut ſic diligentius vigilet? an ſubditum delinquentem coram alijs reprehendere? 500
41. An geſta Iudicis habentis titulum coloratum ſint valida? 501
42. An Iudex ſaltem ſupremus habens contrariam probationibus non facti conſcientiam Reum condemnare poſsit: etiam non citatum nec auditum? 506

47. *An Iudici poßit aliquid dari ab eoq; accipi?*
48. *An Iudici dari aliquid poßit, in caſu quo alterutram ſententiam in judicando ſequi poteſt?* 518
49. *Cur Iudex reſtituere teneatur accepta pro ſententia juſta, non tamen pro injuſta? & an gratis teneatur præſtare officium, non habens ſtatutum ſibi ſtipendium?* 520
50. *An omnis acceptio munerum Iudicibus prohibita ſit jure naturæ? An ſtando in jure naturæ teneatur Iudex ad reſtitutionem muneris accepti cauſâ jam decisâ & ſententia lata? Cur verior ſententia negans incumbere Iudicibus obligationem reſtituendi accepta, de Iure communi poſitivo? An quando jure poſitivo humano particularium Regionum, Iudicibus munerum acceptorum reſtitutio imponitur, teneantur ea reſtituere in conſcientia, ante condemnationem vel poſt?* 523
51. *An quando Iudex contra Ius, v. gr. per metum gravem aliquid novit à reo vel teſtibus, poßit ex ea cognitione procedere? Et quid ſi ex non punitione criminis ſic extorti, grave ſcandalum Reipub: ſuborirctur? An quando Iudex abſq; gravi metu, v. g. injuſtis tantummodo interrogationibus, confeßionem à Reo extor-*

extorſit, poßit procedere? Quid dicendum in eo caſu, quo reus ſciens confeßionem eſſe injuſtam, & indebitam, eam tamen potens retractare, non retractat? 531

52. Quid ſi in proceſſu vel forma inquiſitionis interveniat defectus ſubſtantialis, & reus non opponat Iudici talem defectum, ſed veritatem ipſo non obſtante fateatur? Et quid de Iudice per juſtas interrogationes extorquente crimen Rei, à Teſtibus etiam ſcientibus injuſtam interrogationem, poteritne ex tali cognitione procedere? An Iudex poßit delatum de crimine, ad pœnam damnare ex ſola confeßione quam ab ipſo promiſſa criminis impunitate extorſit? ibidem.

# APPENDIX.

## De Iure ſcripto & non ſcripto.

## TITULUS I.

De Conſtitutionibus. 536

1. COnſtitutio quid? qui conſtitutiones ferre poßint? an ſummus Pontifex in ferendis conſtitutionibus, à conſenſu Cardinalium ſuorum dependeat? an Cardinales, Archiepiſcopi, Epiſcopi, inconſulto Pontifice cōſtitu-

ſtitu-

ſtitutiones condere poßint? An Abbates exempti, alijq; Prælati? an Concilium generale, provinciale, Capitulum Cathedrale vacante ſede, & deniq; inferiores communitates poteſtatem legiſlativam habeant? an à Concilio, cui ſummus Pontifex aßiſtit, appellatio procedat? 537

3. An dicta SS. Patrum quatenus decreto Gratiani inſerta ſunt vim legis habeant? an eminentißimorum Cardinalium declarationes, atq; etiam Regulæ Cancellariæ authoritatem juris obtineant? 541

4. Leges Prælatorum quam vim habeant, præſertim in cauſa reformandæ Religionis propriæ? quid de ſtatutis Abbatiſſarum? 542

5. Quæ requirantur ad obligationem conſtitutionis tum Eccleſiaſticæ, tum civilis? 543

6. An Obligatio dependeat eſſentialiter à promulgatione? quo loco, tempore & modo promulgatio fieri debeat jure tam Pontificio quàm Cæſareo? 545

7. An poteſtas legiſlativa Pontificia ad totum orbem ſe extendat? & quid de poteſtate legiſlativa Cæſarea, aliorumq; Principum, & Communitatum? 546

9. An Conſtitutiones tàm Pontificiæ quàm Cæſareæ,

*ſareæ, & vim & ſubſtantiam obligandi ex populi acceptatione accipiant?* 549

10. *Corollaria diverſa ex prædictis deducuntur.* ibid.

12. *An & quâ ratione Legiſlator ſuis legibus ligetur in conſcientia? an ad pœnam à ſe pro aliјs ſtatutam? an Principes comprehendantur in ſuis ſtatutis irritantibus certos contractus? an Auguſta legib⁹ ſubjecta ſit?* 553

16. *An Conſtitutiones Civiles laicorum Clericos adſtringant, & quæ?* 557

20. *Conſtitutiones pœnales num ad culpam gravem obligent? an ad pœnam ante Iudicis ſententiam? an ad pœnam per ipſum Reum exequendam?* 564

22. *In Criminibus mixti fori an & quomodo Iudices Eccleſiaſtici adverſus laicos procedere non tantùm cenſuris poßint, ſed etiam jurisdictione contentioſa? an Laicus ob hujuſmodi crimen ab Eccleſiaſtico punitus pœnâ externâ, denuò in foro ſeculari ſuper eodem crimine accuſari & puniri poßit? an Clericus committens crimen mixti fori gaudeat privilegio exemptionis quoad forum ſeculare?* 568

25. *An Iudex ſecularis Clericum dimiſſo habitu in*

tu in delicto deprehendens, Prælato non præmonito punire poßit? quid de Clerico incorrigibili? an extra caſus jure exceptos, ob paritatem rationis, Clericus à ſecularibus judicari valeat? in quibus caſibus argumentum valeat à paritate rationis? 571

## TITULUS II.

### De Reſcriptis. 575

1. QVæritur quid reſcriptum? quibus conſtet? quæ perſonæ reſcripta impetrent, & contra? 576

2. Quæ differentia inter reſcripta gratiæ & juſtitiæ? an & quomodo reſcripta efficiantur ſubreptitia? quænam inſerenda in ſupplicatione pro reſcripto? 577

5. An in ſupplicatione pro reſcripto exprimere tenearis tibi alio tempore quod petis negatum, vel conceſſum fuiſſe ſi fortè petÿſti? Referuntur plures iſtiuſmodi caſus. 580

7. An unica cauſa in reſcripto inſerta ſi falſa ſit, reſcripta vitiet, & quid ſi plures cauſæ partiales? an in dubio cauſæ motivæ aut impulſivæ præſumatur cauſa motiva, atq; adeò pro valore actus? An diſpenſatio vim habeat in dubio de veritate narratorum? 582

8. An

8. *An Reſcriptum cum errore in nomine Diœceſis, perſonæ, aut conſtructionis vitietur? an datum in præjudicium tertij valorem habeat? an raſurâ infirmetur?* 583

11. *An & quomodo reſcripta ſibi mutuo derogent? quod alteri in concurſu præferendum? an Principes aliiq; inferiores reſcripta moratoria concedere poſſint debitoribus, & quibus? an eorum tempore currant interuſuria?* 587

## TITULUS III.

### De Conſuetudine. 592

1. *QVid ſit Conſuetudo, quotuplex, quæ ejus origo? quæ eius legitimæ conditiones? qui actus eius? quid principis ſcientia, & tacitus conſenſus operetur?* ibid:

4. *Quæ differentia inter conſuetudinem juxta legem? contra legem & præter legem? quæ ex his juris conſtitutiva? quæ conditiones conſuetudinis contra legem?* 595

6. *An & quando Conſuetudo præſcriptione tollatur? An ſimplex tolerantia excuſet à legis contraventione? quæ actuum frequentia ad præſcriptionem neceſſaria? quod tempus*

*ad abrogandam legem Civilem aut Canoni-*
*cam?* 5[...]

7. *An Conſuetudo immemorialis adverſus le-*
*gem præſcribere poßit, etiam dum lex dero-*
*gatoria conſuetudinis utitur clauſula hac*
*generali:* Conſuetudine qualibet con-
traria non obſtante? *An Conſuetudo quam*
*jura damnant præſcribere poßit, ſciente ſal-*
*tem ac patiente Principe? quis ſenſus regulæ*
*eius?* quæſibilia privilegio etiam quæ-
ſibilia ſunt conſuetudine aut præſcri-
pti one? 60

9. *An Conſuetudo adverſus legem aut Princi-*
*pis conſtitutionem prævaleat, præſumpto a-*
*liquo titulo adjuta? An Conſuetudo cum*
*mala fide induci poßit & per actus forma-*
*liter malos?* 60

# Finis Indicis Capitum, & Concluſionum.

TRA-